~~obtudam~~ obtudam verbis. finem epistole fa-
ciam. Sed prius abstrauero ut me illo
tuo eximio et singulari amore ames.
Vale. Ex florencia pridie nonas octobris

Guarinus veronensis suo dulcissimo baptiste
salutem plurimam dicit. Si vales gaudeo. nos quoque
valemus omnes. Nuper in adventu meo lon-
giorem ad te scripsi epistolam, qua meum
tibi statum indicaui. Postea quid factum
est cognosce. Quoniam in hoc nouilunio
tres morbo ducti sunt perisse. et ciues
et exterini terrore ita sunt confecti ut
plerique abierint in rura proxima
alij loca perquirunt. Ego quoque ut cete-
ros imitor perquisitum misi locum. ut si
opus sit secedam. Spes tamen eius est vel
ob yemalis futurum, vel quia ita
cupiunt omnes. vel quia salubrius aeris
est temperies. Tu vero sepe ad nos
de tua tuorumque salute scribe quam
meam esse duco. Vale. Valeat et tu-
us. Ex Vtinodeto kal. augusti

Guarinus veronensis Thome sauiensi salutem plurimam
dicit. Tua in me beneficia cumulatis-
sime sepe ac nihil ad cumulum[?]. que
eius generis sunt, ut nichil tam ar-
duum aut difficile sit, quod pro te suscipien-
dum aut fugias aut abhorreas quin
id et equo et prompto subeas animo
hec ipsa cum per se preclara et eximia sint
atque honorifica. Thome placatissime
precipue laudis est longe ampliora
iudico quod nullis a me prouocatus offi-
ciis tanta iudices. et contulisti et confers.
hec tibi voluptati esse scio qui ad
bene de omnibus merendum natus educatus



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_492/0289